nabuchodonosor cecidit in faciem
suam et danielem adoravit. et
hostias et incensum precepit ut
sacrificarent ei. Loquens ergo rex
ait danieli. Vere deus vester deus deorum est.
et dominus regum. revelans misteri
a. quoniam potuisti aperire sacramentum
hoc. Tunc rex danielem in sublime
extulit. et munera magna et mul
ta dedit ei. Et constituit eum prin
cipem super omnes provincias babillo
nis. et prefectum magistratuum
super cunctos sapientes babilonis.
Daniel autem postulavit a rege. et con
stituit super opera provincie babillo
nis. sydrach. misach. et abdena
go. ipse autem daniel erat in foribus
regis. Dominica .iiij. mensis
novembris ponitur liber duode
cim prophetarum. et legitur de
eis usque ad adventum in feriali
officio. Incipit liber osee prophe
te primo.

Verbum domini quod factum
est ad osee filium beeri. in
diebus ozie ioatham. achaz.
ezechie. regum iuda. et in diebus
ierobo am filii ioas regis israhel.
Principium loquendi domino in
osee. Et dixit dominus ad osee.
Vade sume tibi uxorem fornicati
onum. et fac filios fornicationum.
quia fornicans fornicabitur terra
a domino. Et abiit. et accepit
gomer filiam debelaym. Et con
cepit. et peperit ei filium. Et dixit
dominus ad eum. Voca nomen e
ius iezrahel. quoniam adhuc modicum.
et visitabo sanguinem iezrahel.
Et concepit et peperit filiam super
domum ihehu. Et quiescere faciam
regnum domus israhel. et in illa di
e conteram arcum israhel in valle iez
rahel. Et concepit adhuc et peperit
filiam. Et dixit ei. Voca nomen
eius absque misericordia. quia non
addam ultra misereri domui is
rahel. sed oblivione obliviscar
eorum. et domui iuda misere
bor. Et salvabo eos in domino deo
suo. et non salvabo eos in arcu et
gladio. et bello. et in equis. et in
equitibus. Et ablactavit eam que
erat absque misericordia. et concepit. et pe
perit filium. Et dixit. Voca nomen
eius non populus meus. quia vos non
populus meus. et ego non ero deus vester. Et
erit numerus filiorum israhel quasi
harena maris que sine mensura
est. et non numerabitur. Et erit in
loco ubi dicetur eis non populus meus vos.
dicetur eis filii dei viventis.
Et congregabuntur filii iuda et fi
lii israhel pariter. et ponent sibi
met caput unum. et ascendent
de terra. quia magnus dies iez

Tu rex uidebas. et ecce quaſi
ſtatua una grandis. ſtatua il
la magna et ſtatura ſublimis.
ſtabat contra te. et intuitus eius
erat terribilis. Huius ſtatue caput
ex auro optimo erat. pectus autem
et brachia de argento. porro uenter
et femora ex ere. tybie autem ferree.
Pedum quedam pars erat ferrea.
quedam autem fictilis. Uidebas ita.
donec abſciſus eſt lapis de mon
te ſine manibus. et percuſſit ſtatu
am in pedibus eius ferreis. et fictili
bus. et comminuit eos. Lectio.
Tunc contrita ſunt pariter ferrum.
teſta. es. argentum. et aurum. et
redacta quaſi in fauillam eſtiue
aree. que rapta ſunt uento. et
nullus locus inuentus eſt eis.
Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam
factus eſt mons magnus. et imple
uit uniuerſam terram. Hoc eſt ſomp
nium. Interpretationem quoque eius
dicemus coram te rex. Tu rex regum
es. et deus celi regnum. et for
titudinem et imperium. et gloriam
dedit tibi. et omnia in quibus habitant
filij hominum et beſtie agri uolu
cresque celi dedit in manu tua. et
ſub dicione tua uniuerſa conſtituit.
Tu es ergo caput aureum. Et con
ſurget poſt te conſurget regnum a
liud minus te. et regnum tertium
aliud ereum. quod imperabit uniuer
ſe terre. Et regnum quartum erit
uelud ferreum. Quomodo ferrum com
minuit et domat omnia. ſic com
minuet omnia hec et domabit conte
ret. Lectio.
Porro quia uidiſti pedum et
digitorum partem teſteam fi
guli. et partem ferream. et regnum
diuiſum erit. quod tamen de plantatione
ferri orietur. Secundum quod uidi
ſti ferrum mixtum teſte ex luto.
et digitos pedum ex parte ferreos
et ex parte fictiles. ex parte regnum
erit ſolidum. et ex parte contritum.
Quia autem uidiſti ibi ferrum mix
tum teſte ex luto. commiſcebuntur qui
dem humano ſemine. ſed non ad
herebunt ſibi. ſicuti ferrum non
poteſt teſte miſceri. Lectio.
In diebus autem regum illorum ſuſcit
abit deus celi regnum quod in eter
num non diſſipabitur. et regnum
eius populo alteri non tradetur. Commi
nuet autem et conſumet uniuerſa re
gna hec. et ipſum ſtabit in eternum. ſe
cundum quod uidiſti quod de monte
abſciſus eſt lapis ſine manibus.
et comminuit teſtam et ferrum. et
es. et argentum. et aurum. Deus mag
nus oſtendit regi que uentura
ſunt poſtea. et uerum eſt ſompnium.
et fidelis interpretatio eius. Tunc rex